

Quebeco non procul, in XLVI. gradu latitudinis, nomine S. Francisci Salesii & patrocinio insignita: aliæ duæ sunt remotiores; loco nomen est Nipiskouit. Trans amnem Laurentianum ad Meridiem funduntur Iroquæorum quinque nationes. Septem sunt apud illos præconura Evangelii domicilia, per centum quinquaginta leucas sparsa. Ex iis sex profligata fuerant bello Gallos inter & Iroquæos conflato circa annum MDCLXXXII. Revocata cum religione pax anno MDCCII. omnia priorem in statum restituit. In iis Iroquæorum Missionibus ea præcipuè floret, quæ à S. Francisco Xaverio nomen habet, ad Montem-Regalem.

Supra Iroquæos, versus occasum & Aquilonem, intra quadragesimum gradum & XLV. cernere est majores duos